

Lactancij firmiani de diuinis Institutioib' adu's gētes. Liber Primus incipit. Quanta sit & fuerit semper cognitio ueritatis. Et q nec sine religione sapientia nec sine sapientia sit probanda religio. Caplm p.m

MAGNO & excellēti igenio uiri quom se doctrinę penitus dedidissent: quicquid laboris poterat impendi: contemtis omnibus publicis & priuatis actionibus: ad inquirēdę ueritatis studiū se contulerūt: existimātes multo esse prędarius humanarū diuinarūq; rerū inuestigare ac scire rationē q̄ struēdis opibus aut cumulandis honoribus inherere: Quibus rebus quoniam fragiles terrenęq; sunt: & ad solius corporis ptinent cultum nemo melior: nemo iustior effici potest. Erāt quidē illi ueritatis cognitione dignissimi quam scire tātopere cupiuerūt: atq; ita ut eam rebus omnibus anteponerēt: Nam & abiecisse quosdā res familiares suas et renūtiasse uniuersis uoluptatibus constat: ut solā nudamq; uirtutē: nudi expeditiq; sequerent̄: tantū apud eos uirtutis nomen et auctoritas ualuit: ut in ea omne summi boni premium pdicarēt. Sed neq; adepti sūt id quod uolebāt: & operā simul atq; industriā pdiderūt: quia ueritas idest archanū sūmi dei qui fecit omnia ingenio ac ppriis sensibus nō potest comphēdi: alioquin nihil inter deū hominēq; distaret si cōsilia & dispositiones illius maiestatis eternę cogitatio assequeret̄ humana. Quod quia fieri nō potuit ut homini p se ipsū ideo diuina noscere: non est passus hominē deus lumē sapientię requirentem diutius errare: ac sine ullo laboris effectu uagari per tenebras inextricabiles: aperuit oculos eius aliquando: & notionem ueritatis munus suū fecit: ut & humanā sapientiā nullā esse monstraret: & errāti ac uago uiam co[illegible]quendę immortalitatis ostēderet. Verū quoniā pauci utunt̄ hoc celesti beneficio ac munere: quod obuoluta in obscuro ueritas latet: eaq; uel contemtui doctis est: quia idoneis assertoribus eget: uel odio idoctis ob insitā sibi austeritatē: qua natura hominum procliuis in uicia pati non potest: Nam quia uirtutibus amaritudo pmixta ē: uitia uero uoluptate condita sunt: illa offensi: hac deliniti: feruntur in pceps: ac bonoꝝ specie falsi mala p bonis amplectunt̄. Succurrēdū esse his erroribus credidi ut et docti ad uerā sapientiam dirigant̄: et indocti ad uerā religionē. Quę professio multo melior: utilior: gloriosior: putanda est q̄ illa oratoria in qua diu uersati: non ad uirtutē sed plane ad argutā maliciā iuuenes erudiebamus. Multo qppe nūc rectius de pceptis

***The Divine Institutes (Divinarum institutionum)*** **by Lactantius.**
**This is the second book to be printed in Italy (1465).**
Harry Ransom Center: Gutenberg Bible Primary Source Education Module
http://www.hrc.utexas.edu/exhibitions/education/modules